



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephvs hoc est, Sanctissimi Educatoris Christi Dom.
Deiq. nostri in Terris apparentis, ac Æternæ Virginis
Mariæ Sponsi Vitæ Historia**

Stengel, Carl

Monaci, MDCXVI.

Cap. X. D. Iosephus angeli monitu puerum cum matre ducit in Aegyptum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42004

*S. Ansel.**Matth. 2.**Euthym.**ibid.**Abulens.**ibid.**Chryf. ho.**9. in Matt.**Theoph. in**Matth. 2.**Aug. lib. 2.**de conf.**Euang. c. 5.*

in Ægyptum contulisse, sententia est D. Anselmi, Euthymij, Abulensis, Chrysofomi, Theophylacti, & aliorum.

D. Augustinus autem & alij nonnulli arbitrantur post purificationem Angelum Iosephum de fugâ admonuisse, antequam Nazaretham rediret, admonitum verò Iosephum, protinus infantem in Ægyptum transtulisse, ex Ægypto verò in Galilæam, & Nazarethâ reuersum esse,

D. Iosephus Angeli monitu puerum cum Matre ducit in Ægyptum.

CAPVT X.

Causa fugiendi in Ægyptû.

STupendum est consilium Dei viuientis in probandis & purgandis electis suis per tribulationes & angustias. Vix hi sancti coniuges cum puero reuersi fuerant in Nazareth, nec dum duos menses

mensis impleuerat sanctus ille puer, fama de eo paulatim latinus serpente, quærebat eum Herodes vitâ spoliare.

Quo tanto facinori occurreret Deus, misit Angelum suum (vt Origenes, Haymo, & Anselmus sentiunt) Gabrielem, qui puerum instanti periculo eruedum curaret: atque ita mox ille apparuit in somnis Iosepho, dicens ei: *Accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi, dum dicam tibi, futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Iosephus Angeli monitis incunctanter obediens, non è ipsâ confurgens, accipit puerum & matrem eius, fugit in Aegyptum: compendiarium, communemq; viam seligens, vt creditur, quò celerius rem exequeretur: ea erat recta in Gazâ ab Ierosolymis, quadraginta duobus millia-

Orig. hom. 3. in diuers. Hay. 120 c. 2. Matth. ansel. in 2. Matth. Matth. 2. Quam viâ Iosephus tenuerit.

nten-
ij, A-
Theo-
& alij
purifi-
hum
quam
moni-
tinus
anstu-
alila-
n esse,
uerum
um.
n Dei
pur-
lacio-
sancti
si fue-
duos
enses

Traditio
pia.

Spelunca
vbi delite-
scens Ma-
ria IESVM
lactavit.

milliaribus distantem, qua itur
in Ægyptum iuxta Bethlehemū
per Hebron. Vbi satis est vero-
simile, Iosephum Bethlehemum
ingressū, vt necessaria ad tam lō-
gam viā educeret: quod & con-
firmat id, quod traditione à ma-
ioribus acceptum, non incolæ
solum, sed & exteri, & Christia-
ni Latini, & Græci, & impij Sa-
raceni, religiosè venerantur, &
multi, quibus videre licuit, man-
dauêre libris: dum in parandis
necessarijs Bethlehem Iosephus
moraretur, Deiparam in spelun-
ca latuisse, inter meridiem & au-
strum, ad iactum lapidum duo-
rum à Bethlehemō semotam:
dumque Deo infanti mamillam
porrigeret, lactis guttis in durū
speluncæ lapidem effusis ita e-
mollitum, ac candidum effectū,
vt candidissimæ, ac tenuissimæ
terræ in puluerem tenuissimum
conuersæ,

conuersæ, instar sit; ex quâ lotâ panes paruuli conficiuntur, quibus ad morborum diuersorum sanitatem, præsertim lactis fæminarum contractionis, omnes vrantur, *lac Domine nostræ*, propterea nominantur. *Vidi ego panes* (inquit P. Christophorus de Castro) *quos mihi ostendit pater quidam ex nostris, qui terram illam perlustrauit, ac in eam speluncam religionis gratiâ cum multis alijs ingressus est.*

In Hebron porrò cum fugam suam, ac fugæ causam, vt par est credere, Zachariæ & Elifabethæ declarassent: vtque puerum Ioannem periculo eriperent admonuissent, necessariis ad iter faciendum desumptis, Gazam peruenerunt. Ea est ciuitas *Aeuorum* (teste D. Hieronymo) in qua habitauere Cappadoces, pristinis cultibus interfectis. Apud veteres autem erat terminus Chananaeorum, iuxta

Aegy-

*P. Christ.
de Cast.
hist. Deip.
cap. 10.*

In Hebron etiam vt Ioannes periculo subduceretur, parentes eius monent.

Aegyptum: ceciditq; in sortem tribus
Iudæ, sed eam tenere non potuit, quid
Enakim, id est, gigantes fortissimi *Al-*
lophilorum restiterunt; & est usque
 hodie insignis ciuitas *Palestinæ*. Inde
 iter duodecim, aut quatuorde-
 cim dierum (septuaginta leuca-
 rum supputatur) maxima ex par-
 te per solitudinem: non sine ma-
 gno labore, atque sollicitudine
 versus *Babylonem* (*Cairum* vul-
 gò dictam) confecerunt. Hinc
 ad quatuor leucas Oriëtem ver-
 sus, in *Thebaidem* peruenientes,
 dum urbem *Hermopolim* in-
 grederentur, res mira accidit: to-
 tius eius gentis traditione pro-
 bata. Arbor erat procera quidẽ,
 ac vetusta, quæ dæmonum frau-
 de, quasi numinis domicilium
 religiosius quàm par erat, cole-
 batur, *Perseis* dicebatur. Hæc
 ergò in fugam verso dæmone ad
 solum usque; dominum suum
 adoratura

Stupendũ
 miraculũ.

adoratura se sponte demisit: atque ita ad miraculi comprobationem inclinata permanfit, multis morbis, dum ægris applicaretur afferens sanitatem. Memorant id Sozomenus, Cassiodorus Senator, Christianus Druthmarus, Georgi⁹ Cedrenus, Nicephorus. Quin & in eisdem templo, Christo similiter urbem ingrediente, simulacra cecidisse, ut & in alijs quibusdã locis, iuxta Isaia^e prophetiam: *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commovebuntur simulacra Aegypti à facie eius; à maioribus accepimus.* Quod ita tradunt Euagrius, Palladius, Origenes, Eusebius, Athanasius, Hieronymus, Procopius Gazeus, Anselmus, cum paulò ante memoratis scriptoribus. Eiusq; *Sozom. l. 9. hist. Eccle. cap. 20. Cassiod. l. 6. hist. Tripart. cap. 42. Druth. in 2. Math. Niceph. l. 10. hist. Eccle. c. 31. Isai. 19. Evag. Vit. pp. Pal. hist. Laus. c. 52. Orig. ho. 3. in divers. Euf. l. 6. de demonstr. Euang. c. 20. Athan. l. 1. de Incarn. Verbi. Hier. Isai. 19. Procop. ibid. Ansel. 2. Math.*

tribus
quid
i Al.
sque
Inde
orde.
euca.
x par.
e ma.
idine
n vul.
Hinc
n ver.
entes,
n in.
it: to.
pre.
uidé,
frau.
ilium
cole.
Hæc
ne ad
suum
atura

Virginem
adorabant
Ægyptij
parturien-
tem.

Doroth.
Epiphan.

Eiusque rei celebre ab Ægyptijs sacerdotibus obseruabatur vaticinium, ab Ieremia traditum, cum in Ægypto degeret, fore aliquando, ut simulacra eorum concuterentur, ac corruerent, cum ascenderet in Ægyptum puer à Virgine natus, atque in præsepio depositus. Vnde consuetudo fuit Ægyptijs, Virginem in lecto cum infante positam adorare. Quod eo modo, quo Ieremias prædixerat, euenit. Hęc memoriz consecrarant, Dorothæus Episcopus Tyri in Synopsi, in vita Ieremiæ, & Epiphanius lib. de vita, & interitu Prophetarum. Inde redeuntes, ut locum tutum eligerent ad degendum, in quodam vico inter Heliopolim, ac Babylonem, tribus leucis à Babylone remotum, ab Heliopoli quatuor, confederunt. Maturea nunc locus dicitur,

tur non solū incolis etiam num, sed exteris eam ob rem venerati-
oni non modicæ habitus. Pute-
us ibi visitur, cuius aqua ad ob-
sequia Domini vsam Deiparam
fertur, quā dum rigaretur balsa-
mi hortus, vegetus, ac frugifer
perdurabat. Ea nunc à peregri-
nis bibitur non insalubriter.

Multa quidem & probabilia, inquit
P. Christophorus de Castro, se-
runtur ab his, qui loca illa viderunt,
quæ refert Iansenius in sua concordia,
& mihi retulit frater vnus è nostris,
cui cum alijs captiuus licuit illo ire, lo-
cumq; dixit vocari Matuream, atq; ad-
huc manere ficum vetustam, cuius
truncus per medium discissus venera-
tioni habetur, perq; eum transmittere
corpus salubre habetur, celebre enim
est pueri IESV vestes, seu laneas, seu li-
neas, suasq; virginem in eâ ficu solitā
exsiccare, postquam in illius putei fon-
disue aquis lauisset. Hac ratione in

M Ægy-

Locus vbi
comora-
tus est Io-
sephus in
Ægypto.

Brocard.
in Ægyptis
descript.

Cast. an-
not. ad c.
10. hist.

Desp.
Ians. con-
cord. c. 116

Ægypto permanserūt Iosephus cum Mariâ, & Christo infante, vsque ad obitum Herodis, terrâ illam ad futuram Christi eiusdē Philosophiam sanctificantes, ac parantes.

In hac fugâ credibile est multa Virgini, multa Iosepho, multa vnigenę Dei filio dictu graua, perpeſſu aspera contigiſſe, ſed quia nihil certi probatę tradunt historię, piorum cogitationi, commentationiſq; relinquimus.

D. Iosephus Virginem matrem cum puero IESU Nazaretham reducit.

C A P V T X I.

Herodis
iñmanitas.

INtereà dum Iosephus cum Deipara & Christo adhuc infan- tulo in Ægypto commoraretur, Herodes qui nuper ex Magorū verbis, non modicum timorem conce-